Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

suad et pecus operati sunt qui pa-
tres eorum Et loquetis ad eos omnia
hec et non audiet te et uocabis
eos et non respondebut tibi Et dices
ad eos Hec est gens que non au-
diuit uocem domini dei sui nec
recepit disciplinam perijt fides
et ablata est de ore eorum Tonde
capillum tuum et proice et sume in di-
rectum planctum quia proiecit dnus
et eliquit generationem furoris sui
quia fecerunt filij iuda malum in oculis
meis dicit dominus posue-
runt offendicula sua in domo in qua
inuocatum est nomen meum ut
pollucrent eam et edificauerunt
excelsa thophet qui est in ualle filij
ennon ut incendent filios suos
et filias suas igni Quod non precepi nec
cogitaui in corde meo Ideo ecce di-
es venient dicit dominus et non
dicetur amplius thophet et ualles
filij ennon sed ualles interfectionis
et sepelient in thophet eo quod non
sit locus Et erit morticinum po-
puli huius in escas uolucribus cели
et bestijs terre et non erit qui abi-
gat Et quiescere faciam de urbi-
bus iuda et de platijs iherusa-
lem vocem gaudij et uocem letitie vocem
sponsi et uocem sponse Indesola
tione enim erit terra VIII

a In tempore illo aut do
minus eicient ossa regis
iuda et ossa principum
eius et ossa sacerdotum
et ossa prophetarum et ossa eorum
qui habitauerunt iherusalem de
sepulcris suis et expandent ea
ad solem et lunam et omnem mili-
tiam celi que dilexerunt et qui
tus seruierunt et post que ambu-
lauerunt et que quesierunt et ado-
rauerunt Non colligentur et sepe-
b lienti in sterquilinium super faciem
terre erunt Et eligent magis mo-
rem qui uitam omnes qui reliqui
fuerint de cognatione hac pessima
in omnibus locis que derelicta sunt
ad que eiecit eos dicit dominus
exercituum Et dices ad eos Hec
dicit dominus Numquid qui cadit
non resurgit et qui auertitur non
reuertetur Quare ergo auersus est po-
pulus iste in iherusalem auer-
sione contentiosa Apprehenderunt
mendacium et noluerunt redire At
c tendi et auscultaui nemo quod bo-
num est loquitur Nullus est qui agat
penitentiam super peccato suo dicens
Quid feci Omnes conuersi sunt ad
cursum suum quasi equus impetu ua-
dens in prelium Milius in celo
cognouit tempus suum turtur et hi-
rundo et ciconia custodierunt tempus
aduentus sui populus autem meus
non cognouit iudicium domini Quo
modo dicitis sapientes nos sumus
et lex domini nobiscum est Vere
mendacium operatus est stilus men-
d dax scribarum Confusi sunt sapien-
tes pauefacti et capti sunt verbum
enim domini proiecerunt et sapientia
nulla est in eis Propterea dabo
mulieres eorum extraneis agros
eorum heredibus Quia a minimo
usque ad maximum omnes auari-
cam sequunt a propheta usque ad sa-
cerdotem cuncti faciunt mendacium
Et sanabant contricionem filie po-
puli mei ad ignominiam dicentes
pax pax cum non esset pax Con-
fusi sunt quia abominationem fecerunt
e qui immo confusione non sunt confusi